

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Synonyma medicinae sive clavis sanationis

Simon <lanuensis>

[Venedig], 13. Nov. 1486

Incipit clavis sanationis elaborata per venerabilem virum magistrum
Simonem lanuensem

[urn:nbn:de:bsz:31-315861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-315861)

Simonis Augustini Civitatis

Incipit clavis sanationis elaborata p venerabilem virum magistrū Simonem Januensem domini pape subdyaconum & capellanum medicum quondā felicitis recordatiōis domini Nicolai pape quarti q fuit prim^o de ordine minor.

Domino suo p̄cipuo domino magistro Capano domini pape capellano canonico parisiensi: Simon Januensis subdyaconus seipsum ex debito cōmendat. Opusculum tam dudum a vobis postulatum quasi quid utile continens cum quanta potui diligentia qualitercūq; ad finem vsq; perductum ingenio vestro dirigere censui iudicanduz: & si supplici rogatui detur audacia ēt corrigendum dūmodo tantuz p̄bi losophie culmen ad huiusmodi vilia nō dedigne tur descendere. Nec certe mihi deest ab imperio vestro presumptio. Nam vos ipse hoc ipsum mihi iussistis. Magnam enim in eo partem vestram sentio. Et si calūniabile quicquid cōtinet nō minus vobis q̄ mihi habetis ignoscere. cognoscere nāq; cui ipeperastis. Porro si quid utile continet vobis ascribendum est. possessio enim vestra est & opus & auctor. Subscripta prefatio non vobis vt vobis dirigitur. sed vt cum ceteris si libet & vt libet in publicum dirigatis.

Venerabili viro magistro Simoni Januensi domini pape subdyacono & capellano canonico Rothomagensi amico suo carissimo tanq̄ fratri: Campanus eiusdem domini pape capellanus canonicus parisiensi salutem & quicquid est optabile sane mēti. Grande donum nuper a caritate vestra recepi per religiosum virum priorem de pauerano: qd fuit a me cū tanta iocūditate receptuz cum quanto desiderio fuerat diutius expectatum. Missis enim mihi clauē sanationis sine qua apud Latinos non viget ars de ingenio sanitatis. Ego enim vestrum librum sic intitulavi Clavis sanationis elaborata per magistrum Simonem Januensem domini pape subdyaconum & capellanum medicū quondam felicitis memorie domini Nicolai pape quarti qui fuit primus de ordine minorum. Quippe quēadmodum per clauem est ingressus in domum: ita per librum vestrum est ingressus in cognitionē curarum egritudinuz. Nam per ipsum inueniuntur res ad hanc curam necessarie sicut in domo p̄ clauem aperta inueniuntur res vsibus humanis accomode. Sed in magnam admirationem mihi venit prefati libri editio: in quo continetur reruz d̄ quibus agitur vtilis valde distinctio & dictorum irrefragabilis certitudo. Et quāuis apud nos sit librorum copia copiosa: singulare tamē donuz dei reputo q̄ ea per vos cum tanta potuerit cōuenientia per inuicem copulari. Non est enim vtilitas occul-

tanda ne merito fiat is similis seruo neq̄ qui tentum receptum a domino suo abiēs fodijt sub terra. Prefertim cum veritas ipsa dicat omnipotenti retribuere. Nec absone: quia nihil habemus quod ab illa veritate nō acceperimus dicente apostolo. Quid habes quod non accepisti. Neq; timeatis si liber vester procedit in lucez: quoniam totus lucidus est & in eo tenebre nulle sūt. Et qui forsitan nite tur aliquid eius infringere: cadet sub robore testium inductoruz. Gaudete igitur carissime d̄ magno vigiliq; labore quem pro illius operis compilatiōe portastis. quoniam latinitatez docuistis exercere per necessariuz ingeniu; sanitatis circa quod versatur tota sciētia medicine: q̄ sicut ars non habet effectū sine artifice qui habeat cōuenientia instrumēta: sic nec medicus sanare pōt si nō habeat rerum quas in lucem posuistis notitiam pleniorē. Cognita nō plene medicine nomina rerum. Promere propofui quo viget artis opus. Si quātum voluit tandem non posse negauit: Ad veniam satis hoc voluisse satis.

Habebat. S. discere & docere posse res sine nominibus. Nemo parū existimet a nominis ignorantia decipi. Turbatur parumper. S. ob nominum controuersiam oriri litigium. Contremiscat mens medici ab eorūdem errore tam conscientie proprie q̄ egi vite imminere periculum. Sunt medicinarum simpliciu; ciborum ue multa peregrina vocabula: quorum quedam a greca: quedam vero ab arabica lingua deducta sunt. Nonnulla & q̄q̄ latina varietate idiomatu; dubia ad quorum omnium agnitionē non opus est assertionē facili sed deliberato iudicio ne vt neglecto modi co graue & irreparabile occurrat dispendium. Quid das languenti & a te vitam speranti q̄ ne scias: Cum exhibes pro salutari mortiferum putas ignauiam excusatore refugium. Nō est tam parui humana conditio vt emanu incurie vita dependeat. Nescio in ope medicine cuius magis necessaria sit cognitio q̄ q̄ humanis p̄sit v̄ obfit corporibus. hec a simplicibus medicinis et cibis habet originem & veluti a primis elementis fundamina hec sciri oportet per nomina. nam sine proprio nomine quicquid vix rite cognoscitur. Quapropter ad horum scientie indagationē iugi & importuno studio meipsum prebui: vt per triginta ferme annos quicquid ad id fieri potuit non obmisi. Et quanto minus sufficētem ad tale me reperij: tanto effusius in requietis laboribus me subegi: vt videlicet q̄ inueneraz scripto redigerem: ac vtilitati publice cōmodarem & id ipsum solum mihi tanti laboris premiū destinari. Est nāq; tā ad errores assuetos q̄ ad emergentes corrigendos vt arbitror satis valēs opusculum in quo non mō nomē p̄ noia: verū etiam

